Iordanus <de Quedlinburgo>: Sermones Dan de sanctis
[Straßburg: Heinrich Knoblochtzer], [nicht nach 1479] Seite 357

est oculis ad videndum ipsū solem Et quia
dilectus libēter inter lilia puritatis ⁊ mū
dicie pascitur. Ideo soli mundo corde de-
bent eum videre et cum ipsis solum digna
tur mansionem facere. Amat enim flori-
geram terram flos de radice yesse et nō ni
si inter lilia pascitur flos cāpi vt dicit. ber
nardus. ps. In sole. i. in puritate inconta
minabili munde consciencie beati augusti
ni ipse deus posuit tabernaculum suum. ⁊
istud tabernaculum purissimum dominus
vt sibi prepararet excitauit multo clamo-
re / illustrauit splendore / recreauit odore
saciauit dulcore. vt patet per augustinum
in confession. suis dicentem. Vocasti me ⁊
clamasti et rupisti surditatem meam Et be
ne dicit clamasti. quia longe aberat in re-
gione dissimilitudinis. chorusacasti splendū
isti. et fugasti cecitatē meam. flagrasti ⁊
duxi spiritum et anhelo. gustaui et esurio
tetigisti et ex ardore in pacem tuam ¶ C
Secundo dico. ꝙ beatus augustin⁹ habuit
in refulgentia doctrine claritatem. Nam
sicut sol est fontale principium luminis ip-
sam lunam et stellas illustrans et ad om-
nem partem suos radios diffundens. Sic
beatus augustinus lumen sue sapientie in
omnes alios diffundens. Quia reuera ho
die omnes doctores palpitarent in tene-
bris ignorantie nisi haurirent de fonte sa-
pientie. Et ideo ei competit quod scribit^a
iob. tricesimoseptimo. Lumen illius super
terminos terre. Et ideo dicit. Remigius
ꝙ alij doctores comparantur stellis augu-
stinus autem soli. Quia sicut sol illuminat
totum mundum / sic augustinus. totam ec-
clesiam perfudit lumine sue sapientie et
doctrine. Eccl. xxiiij. In dieb⁹ ipsius ema
nauerunt putei aquarum. Et profunditas
scripturarum ad cōmunem aliorum intelli-
gentiam per suam expositionem est dedu
cta. Et quasi mare adimpleti sūt supra mo
dum. Merito autem claritate sapientie p̄-
mittitur puritas conscientie. Quia sicut vi-
dem⁹ ꝙ pictores primo omnium album co
lorem subponunt / Et postea diuersitatem
aliorum colorum superducunt. Sic oportz
mentis oculum depurari anteꝙ̄ sapientia
impleatur. Nec mirum Cum enim sapiētia
diuina sit candor lucis eterne / et speculum
sine macula. vt patet. Sapiē. vij. Non nisi
in loco purissimo tam preciosus thesaurus
reponi debet. Et quia neminē diligit de⁹
nisi qui sapientia inhabitat. patet quātū
deus beatum augustinum dilexerit. in quē
tantum pelagus sapientie effudit. Vnde
de hac effusione gloriatur ipsa sapientia.

Eccl. xxiiij. dicēs. Ego sapientia effudi flu
mina ¶ D ¶ Tercio dico ꝙ beatus augu-
stinus habuit in influentia ardentem cari
tatem. Et hoc influendo nobis vitam spi
ritualem sua ardenti caritate tam per ex-
empla sancte vite ꝙ̄ per verba sane doctri
ne. Vnde de eo apte dictum est Eccl. xlix.
Verbum eius quasi facula ardebat quia to
tum mundū suis libris et verbis ardentib⁹
inflamabat in quibus non nisi caritas exu
berabat. Et ideo dicit augustinus in libro
de doctrina xp̄iana. ꝙ a doctore catholico
sic exponenda est sacrascriptura ꝙ semper
in omni expositione sonet caritas. Nec mi
rum. Quia enim ex habundancia cordis os
loquitur. Ipse qui caritate plenus fuit nō
nisi qui caritatis sciebat loqui. Vnde d̄ eo
loquitur. ꝙ caritas christi vulnerauit cor
eius. et gestabat verba eius in visceribus
quasi sagittas acutas. Sagitte namqꝫ ig
nite caritatis tantum cordi suo fuerunt in
fixe ꝙ non saciabatur illis diebus dulcedie
mirabili cōsiderare altitudinem consilij di-
uini super salutem generis humani ¶ E ¶
Secundo notatur eius sepulture indecen
tia seu humilitas cum subditur. Qui prius
erat in nubilo Vere beatus augustin⁹ fuit
sub nubilo. quando velut gēma sub terra
erat occultatus. Et hoc est quod fuit ꝓphe
tatum per. Eze. xxij. Solem nube tegam.
Fuit autem iste gloriosus sol sanctus aug⁹
tectus tripliciter nubilo. Primo nubilo ab
sconsionis et latentie. Cum enim ciuitas
yponēsis a barbaris obsessa essꝫ et sub hac
tribulatione beatus augustinus obdormi-
uisset in pace a sanctis coepiscopis qui pre
sentes aderant et fratribus suis ibidem cū
luctu et merore sepultus est / Non enī au-
debant sibi decentem fabricare sepulturā
ꝓpter metum paganorum quos ciuitatem
capturos omni die metuebant ꝓpter quod
corpus sanctum absconse recondebant. Et
sub illo absconsionis nubilo corpus illud
sacrum multis annis iacebāt. Fuit secūdo
tectus sub nubilo despectionis et ignomi-
nie. Nam postmodum inualescente paga
norum perfidia cum eadem ciuitas yponē
sis iterum obsessa capta deuastata esset
loc⁹ in quo venerabile corpus beati aug⁹
reconditum fuerat nephando gentilitatis
et ydolatrie ritu ꝓphanatus fuit et tūc ve
re corpus illud benedictum sub nubilo de-
spectionis et ignominie tectum fuit / Ter
cio tectus fuit iste sol sub nubilo indeuoti-
onis et irreuerentie. Nā ciuitate yponēsi
a paganis ut dictum est deuastata ducēti
viginti episcopi de affrica in sardiniam a

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0356
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt